



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum corpus Christi sit sub hoc sacramento localiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Vivum tota quantitas dimensua corporis Christi sit in hoc sacramento.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non tota quantitas dimensua corporis Christi sit in hoc sacramento. Dicitur enim, quod totum corpus Christi continetur sub qualibet parte hostie consecratae; sed nulla quantitas dimensua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius ergo est impossibile, quod tota quantitas dimensua corporis Christi contineatur in hoc sacramento.

Præ. Impossibile est, duas quantitates dimensuas esse simul, etiam si una sit separata, & alia in corpore naturali, ut patet per Phil. in 3. Met. sed in hoc sacramento remanet quantitas dimensua panis, ut sensu apparet, non ergo est ibi quantitas dimensua corporis Christi.

Præ. Si duæ quantitates dimensuæ inæquales iuxta se ponantur, maior extenditur ultra minorem: sed quantitas dimensua corporis Christi, est multo maior quam quantitas dimensua hostie consecratae, secundum omnem dimensionem. si ergo in hoc sacramento sit quantitas dimensua corporis Christi cum quantitate dimensua hostie, quantitas dimensua corporis Christi extenditur ultra quantitatem hostie, quæ tamen non est sine substantia corporis Christi, ergo substantia corporis Christi erit in hoc sacramento, etiam præter speciem panis, quod est inconueniens: cum substantia corporis Christi non sit in hoc sacramento, nisi per consecrationem panis, ut dictum est, est impossibile ergo uidetur, quod tota quantitas dimensua corporis Christi sit in hoc sacramento.

SED CONTRA, Quantitas dimensua corporis alicuius, non separatur secundum esse a substantia eius: sed in hoc sacramento est tota substantia corporis Christi, ut supra habitum est, ergo tota quantitas dimensua corporis Christi est in hoc sacramento.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento. Vno modo ex vi sacramenti, alio modo ex reali cõcomitantiã. Ex vi quidem sacramenti, quantitas dimensua corporis Christi non est in hoc sacramento: ex vi enim sacramenti est in hoc sacramento illud, in quod directe conuersio terminatur. Conuersio autem, quæ fit in hoc sacramento, directe terminatur ad substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones eius, quæ patet ex hoc, quod quantitas dimensua panis remanet facta consecratione, sola substantia panis transseunte: quia tamen substantia corporis Christi, realiter non deuudatur a sua quantitate dimensua, & ab alijs accidentibus, inde est quod ex vi realis cõcomitantiæ, est in hoc sacramento tota quantitas dimensua corporis Christi, & omnia accidentia eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod modus essendi cuiuslibet rei determinatur secundum id, quod est ei per se, non autem secundum id, quod est ei per accidens: sicut corpus est in uisu, secundum quod est album, non autem secundum quod est dulce, licet idem corpus sit album & dulce: unde & dulcedo est in uisu secundum modum albedinis, non secundum modum dulcedinis: Quia igitur ex vi huius sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimensua eius est ibi cõcomitater, & quasi per accidens: ideo quantitas dimensua corporis Christi est

A in hoc sacramento, non secundum proprium modum (ut scilicet sit tota in tota, & singulæ partes in singulis partibus) sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte.

AD SECVDVM Dicendum, quod duæ quantitates dimensuæ non possunt naturaliter simul esse in eodem, ita quod utraque sit ibi secundum proprium modum quantitates dimensuæ. In hoc autem sacramento quantitas dimensua panis, est secundum proprium modum, scilicet secundum commensurationem quædam, non autem quantitas dimensua corporis Christi, sed est ibi per modum substantiæ, ut dictum est.

AD TERTIVM Dicendum, quod quantitas dimensua corporis Christi non est in hoc sacramento secundum modum commensurationis, qui est proprius quantitati: ad quæ pertinet quod maior quantitas extendatur ultra minorem, sed est ibi per modum iam dictum.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, quod corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco. Esse enim in aliquo definitiue, uel circumscriptiue, est pars eius quæ est esse in loco: sed corpus Christi uel esse definitiue in hoc sacramento (quæ ita est ubi sunt species panis uel uini, quod non est in alio loco altaris) uidetur etiam ibi esse circumscriptiue: quia ita continetur superficie hostiæ consecratae, quod nec excedit, nec exceditur. ergo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut in loco.

Præ. Locus specierum panis non est uacuus (natura enim non patitur uacuum) nec est ibi substantia panis, ut supra habitum est, sed est ibi solum corpus Christi: ergo corpus Christi replet locum illum: sed omne quod replet locum aliquem, est in eo localiter: ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

Præ. Sicut dictum est, in hoc sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dimensua, & cum omnibus suis accidentibus: sed esse in loco, est accidens corporis: unde & ibi connumeratur inter nouem genera accidentium: ergo corpus Christi, est in hoc sacramento localiter.

SED CONTRA est, quod oportet locum & locatum esse æqualia, ut patet per philosophum in quarto physicorum sed locus, ubi est hoc sacramento, est multo minor quam corpus Christi. ergo corpus Christi non est in hoc sacramento, sicut in loco.

RESPON. Dicendum, quod (sicut iam dictum est) corpus Christi non est in hoc sacramento secundum proprium modum quantitates dimensuæ, sed magis secundum modum substantiæ. Omne autem corpus locatum est, in loco, secundum modum quantitates dimensuæ, in quantum, scilicet commensuratur loco, secundum suam quantitatem dimensuam. unde relinquitur, quod corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ, eo scilicet modo, quo substantia continetur a dimensionibus: succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis, uel sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi, non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis, & ideo substantia panis ratione suarum dimensionum localiter erat ibi: quia comparatur ad locum illum

In cor. ar. & art.

In corp. ar.

In far. 6. co. & ad 1. & 4. di. 10. art. 1. ad 1. 6. 7. & 8. & ar. 1. q. 2. ad 2. & 4. con. c. 64. h. & quol. 1. a. 2. ad 2.

q. præc. art. 1. a. & 5.

Ar. præc. 3. huius q.

Li. 4. physica. 1. ca. 3. q. 2.

Ar. 3. huius q.

ali. tara. ca. 1. & 8. di. 10. art. 1. ad 1. q. 2. ad 2. & 4. con. c. 64. h. & quol. 1. a. 2. ad 2.

Th. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Ar. 1. huius q. 1. a. & 5.

Ar. 1. huius q. 1. a. & 5.

Alim. di. 1. 1. 1. 1.

illum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis, ita quod e converso dimensiones propriae corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia: quod est contra rationem corporis locati, unde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod corpus Christi non est in hoc sacramento definitivum, quia sic non esset alibi quam in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum, cum tamen sit & in caelo in propria specie, & in multis aliis altaribus, sub specie sacramenti. Similiter et patet, quod non est in hoc sacramento circumscriptionem propriae quantitatis, ut dictum est: quod autem non est extra superficiem sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc, quod sit ibi definitivum vel circumscriptionem, sed ad hoc, quod incepit ibi esse per consecrationem & conversionem panis & vini, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod locus ille, in quo est corpus Christi, non est vacuus, neque tamen proprie est repletus substantia corporis Christi, quae non est ibi localiter, sicut dictum est: sed est repletus speciebus sacramentorum, quae habent replevere locum, vel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculose, sicut & miraculose subsistunt per modum substantiae.

AD TERTIUM dicendum, quod accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut supra dictum est) secundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, quae sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationem ad extrinsecum continentem: & ideo non oportet, quod Christus sit in hoc sacramento, sicut in loco.

ARTICULVS VI.

Utrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

Super quaestione septuagesima sexta articuli sexti.

IN titulo ly mobiliter extenditur, tam ad motum, quam ad mutationem. Duplitem enim cum possit dubitari de mobilitate corporis Christi in sacramento, vel de motu locali ad motum hostiae, vel de mutatione qua definit esse in sacramento, ad utrumque modum extendit se, ly mobiliter.

Circa doctrinam traditam in hoc articulo a dextere primo, Auctorem sentire, quod Christum esse sub hoc sacramento esse quoddam relationum, dum dicit, per hoc ipsum quod dicitur mus ipsum esse sub sacramento, significatur quaedam habitudo eius ad hoc sacramentum: hinc enim manifestat non esse idem esse Christi corporis in se, & esse eiusdem in sacramen-

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. Dicitur enim Phil. in 2. Top. quod motus nobis, mouentur ea, quae in nobis sunt: quod quidem est verum et de spirituali substantia anima: sed Christus est in hoc sacramento, ut supra habitum est. Ergo mouetur ad motum ipsum. Praet. Veritas debet respondere figure: sed de agno paschali, quae erat figura huius sacramenti, non remanebat quicquam usque mane, sicut praecipitur Exod. 12. ergo neque etiam si hoc sacramentum reseruetur in crastino, erit ibi corpus Christi. & ita non est immobiliter in hoc sacramento.

Praet. Si corpus Christi remaneat sub hoc sacramento etiam in crastino, pari ratione remanebit, & per totum sequens tempus: non enim potest dici, quod desinat ibi esse cessantibus speciebus, quia esse corporis Christi non dependet a speciebus illis: non autem rema-

net sub hoc sacramento Christus per totum tempus futurum. videtur ergo quod statim in crastino, vel post modicum tempus, desinat esse sub hoc sacramento: & ita videtur quod Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

SED CONTRA, Impossibile est esse idem esse motum & quietum, quia sic contradictoria verificarentur de eodem: sed corpus Christi in caelo quietum residet, non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

RESPONDICEDUM, quod cum aliquid est unum subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere; sicut corpori est aliud esse album, & aliud esse magnum: unde potest moueri secundum albedinem, & permanere immobile secundum magnitudinem. Christo autem non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento: quia per hoc quod dicimus ipsum esse sub hoc sacramento, significatur quaedam habitudo eius ad hoc sacramentum.

Secundum igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solum per accidens: quia Christus non est in hoc sacramento sicut in loco, sicut predictum est: quod autem non est in loco, non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Similiter autem neque per se mouetur secundum esse, quod habet in hoc sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quod desinat esse sub hoc sacramento, quia illud quod de se habet esse indeficiens, non potest esse deficienti principium, sed alio deficienti, hoc desinit esse in eo, sicut Deus, cuius esse indeficiens & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, quod creatura corruptibilis desinit esse. & hoc modo cum Christus habeat de se esse indeficiens, & incorruptibile, non desinit esse sub sacramento: neque per hoc quod ipsum desinat esse, neque etiam per motum localem sui (ut ex dictis patet) sed solum per hoc, quod species huius sacramenti desinant esse: unde patet, quod Christus per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motum nostrum mouentur ea, quae in nobis sunt. Aliter tamen ea quae per se possunt esse in loco, sicut corpo-

to, quod sub aliis verbis explicatur dicendo, Aliud est esse Christi corpus in se ipso, & aliud est contineri sub sacramento ipsum idem Christi corpus in se ipso existens. Non dicitur ergo ab Auctore doctrina loquendo seorsum de conversione panis in substantiam corporis Christi, & de habitudine Christi ad hoc sacramentum, ut superius fecimus. Nec propterea potest explicatum esse modum, quo Christus est in hoc sacramento. Nam explanatio huiusmodi dicitur per communia valde, & per relationem seu habitudinem, nescitur autem res aliqua, nisi per propria cognoscatur.

Circa conclusionem illam, Corpus Christi ad motum hostiae mouetur per accidens, duplex occurrit obiectio. Prima ex Durando opinante oppositum in libro quarto sententiarum distinctio 20. quae 3. Secunda ex Scoto, eadem distinctio quarto. 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

Arguit ergo Durandus corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiae, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi, & hostia non sunt unum secundum subiectum, nec se habent ut continens & contentum, nec habent colligationem, vel coactionem. Et quia corpus Christi existit in caelo locali ter fit de nouo existens in hoc sacramento absque motu locali, tam per se quam per accidens, ergo a fortiori existens in hoc sacramento non mouetur ad motum hostiae.

Scotus autem putans corpus Christi ad motum hostiae moueri quidem per accidens, sed non nisi immediate a Deo, probat hoc uolumine hac ratione. Quando aliquid coniunguntur esse per actum uoluntatis continenter se habentis ad illam conjunctionem esse unum illorum esse se sit mobile

Ar. 3. & 4. huius q.

q. praec. ar. 3. & 4.

In corp. art.

Art. praeced.

Ar. praeced.

Ar. praeced.